G. Schilling

1840.

ARISTOTELIS
DE CONTINUO DOCTRINA.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AUCTORITATE ET CONSENSU

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN UNIVERSITATE LITERARUM LUDOVICIANA

AD VENIAM SCHOLAS HABENDI RITE IMPETRANDAM

EDIDIT

GUSTAVUS SCHILLING

ANHALTINUS COTHENENSIS

PHILOSOPHIAE DOCTOR.

GISSAE

TYPIS G. F. HEYERI patris.

1840.

VIRIS PERILLUSTRIBUS CONSULTISSIMIS AMPLISSIMIS

CAROLO STREUBEL

POTENTISSIMO REGI SAXONIAE A CONSILIIS AULICIS EQUITI ORDINUM BORUSSICI AB AQUILA RUBRA SAXONICI A VIRTUTE CIVICA RUSSICI A S. WLADIMIRO NUNCUPATORUM

FRIDERICO DE HELBIG

TURMAE FQUISTRIS PRAEFECTO

FRANCISCO BRUNNER

ADVOCATO H. T. PRAESIDI COLLEGII IN CIVITATE LIPSIENSI DE REBUS PUBLICIS DELIBERANDI GRATIA CONSTITUTI

PATRONIS SUMMA OBSERVANTIA ATQUE PIETATE COLENDIS

HANC QUALEMCUNQUE SCRIPTIONEM

D. D. D.

AUCTOR.

PROOEMIUM.

Quum Parmenides unum statuisset individuum continuum Esse [1]), quod Melissus nomine infiniti insigniverat [2]), Anaxagoras [3]) et Democritus [4]) infinitatem posuerunt in nummero et forma elementorum, continuitatem tactu effecerunt [5]). Zeno rursus has notiones conjungens, quemadmodum repugnantiis inde oriundis motum ursit, et dichotomia parvum magnum effecit, ita

---

1) Parmen. fragm. v. 83.

οὐδὲ διαιρετόν ἐστιν, ἐπεὶ πᾶν ἐστὶν ὁμοῖον,
οὐδέ τι τῇ μᾶλλον, τό κεν εἴργοι μιν συνέχεσθαι,
οὐδέ τι χειρότερον, πᾶν δ' ἔμπλεών ἐστιν ἐόντος
τῷ συνεχὲς πᾶν ἐστίν, ἐὸν γὰρ ἐόντι πελάζει.

2) Arist. Metaph. I, 5. *Παρμενίδης μὲν γὰρ ἔοικε τοῦ κατὰ τὸν λόγον ἑνὸς ἅπτεσθαι, Μέλισσος δὲ τοῦ κατὰ τὴν ὕλην· διὸ καὶ ὁ μὲν πεπερασμένον, ὁ δ' ἄπειρόν φησιν εἶναι αὐτό. Ξενοφάνης δὲ πρῶτος τούτων ἑνίσας... οὐθὲν διεσαφήσισεν κ. τ. λ.* cf. Brandis Scholl. in Arist. p. 544. sq. Arist. Phys. I, 1. 2.

3) Anaxag. ap. Simplic. in Arist. Phys. f. 33. b. *ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, ἄπειρα καὶ πλῆθος καὶ σμικρότητα· καὶ γὰρ τὸ σμικρὸν ἄπειρον ἦν.* cf. Arist. Met. X, 6. Phys. I, 4. de Gen. et Corr. I, 1.

4) Arist. de Gen. et Corr. I, 1. *Δημόκριτος δὲ καὶ Λεύκιππος ἐκ σωμάτων ἀδιαιρέτων τἆλλα συγκεῖσθαί φασι, ταῦτα δ' ἄπειρα καὶ τὸ πλῆθως εἶναι καὶ τὰς μορφάς.* cf. Phys. III, 4. de Coelo III, 4. Simpl. in Phys. f. 7. et 106.

5) Arist. Phys. III, 4. *ὅσοι δ' ἄπειρα ποιοῦσι τὰ στοιχεῖα, καθάπερ Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος.... τῇ ἁφῇ συνεχὲς τὸ ἄπειρον εἶναι φασίν.*

Parmenidis unum continuum Esse defendere studuit [6]. Item et Plato et Xenocrates sumserant non plana tantum individua, sed etiam lineas [7]. Has inprimis aliorum philosophorum de continuo sententias quum spectavit [8], tum, ut ejus mos est, reconciliare inter se studuit Aristoteles. Jam vero ejus de continuo doctrinam exponere instituentes vestigia Physicorum librorum premamus, in quibus posterioribus Aristoteles de motu agens nostrum quoque de continuo locum explicat. In perlustrandis autem Physicorum libris quinto et sexto de lineis inscrabilibus libellum singularem, ubi res postulat, quasi interponamus, nec paucissima ex aliis etiam libris Aristoteleis decerpere dedignemur.

---

6) Vide, quae leguntur apud Brandis Historia philosophiae Graeco-Romanae pag. 410. sqq. et apud Ritter et Preller Historia philos. Gracco-Roman. N. 156.

7) Met. I, 9. *τούτῳ μὲν οὖν τῷ γένει (ταῖς στιγμαῖς) καὶ διεμάχετο Πλάτων.... ἀλλ' ἐκάλει ἀρχὴν γραμμῆς, τοῦτο δὲ πολλάκις ἐτίθει τὰς ἀτόμους γραμμάς.* Alex. ad h. l. ap. Brand. Scholl. p. 581. *ἱστορεῖ δὲ ὡς καὶ Πλάτωνος, οὐ μόνον Ξενοκράτους, ἀτόμους γραμμὰς τιθεμένου κ. τ. λ.* de Gen. et Corr. I, 2. *καὶ πάλιν εἰ μεγέθη (πρῶτα ὑπάρχουσι) πότερον, ὡς Δημόκριτος καὶ Λεύκιππος, σώματα ταῦτ' ἐστίν, ἢ, ὥσπερ ἐν τῷ Τιμαίῳ, ἐπίπεδα.* Sed cf. Ritter et Preller H. P. G. R. N. 290. et Asclep. in Brand. Scholl. pag. 582, a.

8) Cf. Initium libelli de Lin. Inscr. Georgiique Pachymerae Paraphrasin. de Gen. et Corr. I, 1. 2.

1.

Mutationis, infiniti, spatii, temporis brevis ex Aristotelis sententia expositio.

Aristoteles doctrinam de natura tradere instituens, quum natura principium mutationis sit, quid sit mutatio, ante omnia explicandum esse censet. Quoniam autem mutatio in numero continuorum videtur esse, infinitum vero primum in continuo conspicuum est, neque sine loco et tempore motus esse potest, de his omnibus aperiendum est [1]), antequam de continuo agitur. Parva nobis quoque, ut recte de continuo doctrinam intelligamus, ex plurium librorum disputationibus delibanda, lectorique in memoriam sunt revocanda.

Ac primum quidem *mutatio* est actus ejus, quod potestate est, quatenus tale est, vel, ut uberius dicitur, mutatio est ejus, quod potentia est, quum actu est et agit aut in se ipsum aut in aliud, quatenus mutabile est [2]). Est autem haec definitio universae inter opposita mutationis [3]), quae fieri posse exponitur primum ex substrato in substratum, qui *motus* proprie dicitur,

---

[1]) **Phys. III, 1.** *ἐπεὶ δ' ἡ φύσις μέν ἐστιν ἀρχὴ κινήσεως καὶ μεταβολῆς.... δεῖ μὴ λανθάνειν τί ἐστι κίνησις..... δοκεῖ δ' ἡ κίνησις εἶναι τῶν συνεχῶν, τὸ δ' ἄπειρον ἐμφαίνεται πρῶτον ἐν τῷ συνεχεῖ...... πρὸς δὲ τούτοις ἄνευ τόπου καὶ κενοῦ καὶ χρόνου κίνησιν ἀδύνατον εἶναι· δῆλον οὖν ὡς.... σκεπτέον προχειρισαμένοις περὶ ἑκάστου τούτων κ. τ. λ.*

[2]) **Phys. III, 1.** *ἡ τοῦ δυνάμει ὄντος ἐντελέχεια, ᾗ τοιοῦτον, κίνησίς ἐστιν.* **ib. eod.** *ἡ δὲ τοῦ δυνάμει ὄντος, ὅταν ἐντελεχείᾳ ὂν ἐνεργῇ ἢ αὐτὸ ἢ ἄλλο, ᾗ κινητόν, κίνησίς ἐστιν.* **cf. Phys. III, 2. Met. XI, 9.**

[3]) **Phys. V, 1.** *ἡ δὲ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς (μεταβολὴ) οὐκ ἐν ἅπασιν, ἀλλ' ἐν τοῖς ἐναντίοις καὶ ἐν τοῖς μεταξὺ καὶ ἐν ἀντιφάσει.* **cf. Met. XI, 11.**

deinde ex non-substrato in substratum, quae est generatio, denique ex substrato in non-substratum, quae est corruptio. Motus, qui proprie vocatur atque inter contraria est, tria sunt genera in categoriis qualitatis alteratio, quantitatis accretio et imminutio, spatii latio [4]. Omnis autem in mobili motus est quiescente qualitate, quantitate, spatio [5].

Quum *infinitum* non sit separabile a sensibili, nec corpus possit esse actu infinitum, omne enim corpus definite extensum est, neque vero ab altera parte infinitum esse omnino nequeat, quoniam v. c. numeri sunt infiniti, restat ut infinitum sit potentia. Infinitum autem non est id, extra quod nihil

---

[4]) Phys. V, 1. *ἐπεὶ δὲ πᾶσα μεταβολή ἐστιν ἔκ τινος εἴς τι .... μεταβάλλοι ἂν τὸ μεταβάλλον τετραχῶς· ἢ γὰρ ἐξ ὑποκειμένου εἰς ὑποκείμενον, ἢ ἐξ ὑποκειμένου εἰς μὴ ὑποκείμενον, ἢ οὐκ ἐξ ὑποκειμένου εἰς ὑποκείμενον, ἢ οὐκ ἐξ ὑποκειμένου εἰς μὴ ὑποκείμενον...... ὥστε ἀνάγκη ἐκ τῶν εἰρημένων τρεῖς εἶναι μεταβολάς..... ἡ γὰρ οὐκ ἐξ ὑποκειμένου εἰς μὴ ὑποκείμενον οὐκ ἔστι μεταβολὴ διὰ τὸ μὴ εἶναι κατ' ἀντίθεσιν· οὔτε γὰρ ἐναντία οὔτε ἀντίφασίς ἐστιν· ἡ μὲν οὖν οὐκ ἐξ ὑποκειμένου εἰς ὑποκείμενον μεταβολὴ κατ' ἀντίφασιν γένεσίς ἐστιν...... ἡ δ' ἐξ ὑποκειμένου εἰς οὐκ ὑποκείμενον φθορά..... ἀδύνατον γὰρ τὸ μὴ ὂν κινεῖσθαι, εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὴν γένεσιν κίνησιν εἶναι· γίνεται γὰρ τὸ μὴ ὄν ...... οὐ δὴ ἡ φθορὰ κίνησις· ἐναντίον μὲν γὰρ κινήσει ἢ κίνησις ἢ ἠρεμία, ἡ δὲ φθορὰ γενέσει ἐναντίον· ἐπεὶ δὲ πᾶσα κίνησις μεταβολή τις, μεταβολαὶ δὲ τρεῖς αἱ εἰρημέναι, τούτων δὲ αἱ κατὰ γένεσιν καὶ φθορὰν οὐ κινήσεις, αὗται δ' εἰσὶν αἱ κατ' ἀντίφασιν, ἀνάγκη τὴν ἐξ ὑποκειμένου εἰς ὑποκείμενον μεταβολὴν κίνησιν εἶναι μόνην·* cap. 2. *ἐπεὶ δὲ οὔτε οὐσίας οὔτε τοῦ πρός τι οὔτε τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν, λείπεται κατὰ τὸ ποιὸν καὶ τὸ ποσὸν καὶ τὸ ποῦ κίνησιν εἶναι μόνον· ἐν ἑκάστῳ γάρ ἐστι τούτων ἐναντίωσις· ἡ μὲν οὖν κατὰ τὸ ποιὸν κίνησις ἀλλοίωσις ἔστω .... λέγω δὲ τὸ ποιὸν οὐ τὸ ἐν τῇ οὐσίᾳ .... ἀλλὰ τὸ παθητικόν, καθ' ὃ λέγεται πάσχειν ἢ ἀπαθὲς εἶναι· ἡ δὲ κατὰ τὸ ποσόν, τὸ μὲν κοινὸν ἀνώνυμον, καθ' ἑκάτερον δ' αὔξησις καὶ φθίσις..... ἡ δὲ κατὰ τόπον καὶ τὸ κοινὸν καὶ τὸ ἴδιον ἀνώνυμος, ἔστω δὲ φορὰ καλουμένη τὸ κοινόν.* cf. Met. XI, 11. sq.

[5]) Phys. III, 3. *φανερόν, ὅτι ἐστὶν ἡ κίνησις ἐν τῷ κινητῷ· ἐντελέχεια γάρ ἐστι τούτου κ. τ. λ.* V, 1. *ἐπεὶ δ' ἔστι μέν τι τὸ κινοῦν πρῶτον, ἔστι δέ τι τὸ κινούμενον, ἔτι ἐν ᾧ, ὁ χρόνος, καὶ παρὰ ταῦτα ἐξ οὗ καὶ εἰς ὅ· πᾶσα γὰρ κίνησις ἔκ τινος εἴς τι· ἕτερον γὰρ τὸ πρῶτον κινούμενον καὶ εἰς ὃ κινεῖται καὶ ἐξ οὗ, οἷον τὸ ξύλον καὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν· τούτων δὲ τὸ μὲν ὅ, τὸ δ' εἰς ὅ, τὸ δ' ἐξ οὗ· ἡ δὴ κίνησις δῆλον ὅτι ἐν τῷ ξύλῳ, οὐκ ἐν τῷ εἴδει· οὔτε γὰρ κινεῖ οὔτε κινεῖται τὸ εἶδος ἢ ὁ τόπος ἢ τὸ τοσόνδε.* Met. XII, 2. *ἀνάγκη ὑπεῖναί τι τὸ μεταβάλλον εἰς τὴν ἐναντίωσιν· οὐ γὰρ τὰ ἐναντία μεταβάλλει.... ἔστιν ἄρα τι τρίτον παρὰ τὰ ἐναντία, ἡ ὕλη ...... εἰς ἐναντιώσεις ἂν εἶεν τὰς καθ' ἕκαστον αἱ μεταβολαί· ἀνάγκη δὴ μεταβάλλειν τὴν ὕλην δυναμένην ἄμφω.*

est, sed potius extra quod semper aliquid est. Id autem sic accipiendum, ut infinitum in eo sit, quod aliud semper et aliud sumatur, et quod sumitur semper quidem illud finitum sit, sed tamen aliud atque aliud semper. Infinitas non manet, sed fit ut tempus temporisque numerus. Est autem infinitum additione vel divisione detractioneque. Extensio additione finita est. Qui enim quidquam coelo potest esse majus? Divisione vero infinita est. Numerus, si spectas ad minus, finitus est, ad majus superat unamquamque multitudinem, quoniam numerus est divisionum continui. Infinitas autem extensionis, motus et temporis non eadem. Prima enim infinitas extensionis, per quam est infinitas motus, unde et temporis [6]).

Ubi *locum* sive *spatium* nec formam nec materiam nec intervallum inter extrema sive superficies corporis esse posse demonstravit Aristoteles, so-

---

6) Phys. III, 5. *χωριστὸν μὲν οὖν εἶναι τὸ ἄπειρον τῶν αἰσθητῶν, αὐτό τι ὂν ἄπειρον, οὐχ οἷόν τε κ. τ. λ.* Met. XI, 10. *εἰ γὰρ σώματος λόγος τὸ ἐπιπέδοις ὡρισμένον, οὐκ εἴη ἂν ἄπειρον σῶμα οὔτ' αἰσθητὸν οὔτε νοητόν κ. τ. λ.* cf. Phys. III, 5. Phys. III, 6. *ὅτι δ' εἰ μή ἐστιν ἄπειρον ἁπλῶς, πολλὰ ἀδύνατα συμβαίνει, δῆλον· τοῦ τε γὰρ χρόνου ἔσται τις ἀρχὴ καὶ τελευτή, καὶ τὰ μεγέθη οὐ διαιρετὰ εἰς μεγέθη, καὶ ἀριθμὸς οὐκ ἔσται ἄπειρος. ὅταν δὲ διωρισμένων οὕτως μηδετέρως φαίνηται ἐνδέχεσθαι, διαιτητοῦ δεῖ καὶ δῆλον ὅτι πῶς μὲν ἔστι πῶς δ' οὔ. λέγεται δὴ τὸ εἶναι τὸ μὲν δυνάμει τὸ δὲ ἐντελεχείᾳ..... λείπεται οὖν δυνάμει εἶναι τὸ ἄπειρον.* ib. eod. *συμβαίνει δὲ τοὐναντίον εἶναι ἄπειρον ἢ ὡς λέγουσιν. οὐ γὰρ οὗ μηδὲν ἔξω, ἀλλ' οὗ ἀεί τι ἔξω ἐστί, τοῦτο ἄπειρόν ἐστιν.* ib. eod. *ὅλως μὲν γὰρ οὕτως ἐστὶ τὸ ἄπειρον, τῷ ἀεὶ ἄλλο καὶ ἄλλο λαμβάνεσθαι, καὶ τὸ λαμβανόμενον μὲν ἀεὶ εἶναι πεπερασμένον, ἀλλ' ἀεί γε ἕτερον καὶ ἕτερον.* Phys. III, 7. *οὐδὲ μένει ἡ ἀπειρία ἀλλὰ γίνεται, ὥσπερ καὶ ὁ χρόνος καὶ ὁ ἀριθμὸς τοῦ χρόνου.* Phys. III, 6. *τὸ ἄπειρον ἔστι μὲν προσθέσει ἔστι δὲ καὶ ἀφαιρέσει.* Phys. III, 7. *ἐπὶ δὲ τῶν μεγεθῶν τοὐναντίον ἐστίν· διαιρεῖται μὲν γὰρ εἰς ἄπειρα τὸ συνεχές, ἐπὶ δὲ τὸ μεῖζον οὐκ ἔστιν ἄπειρον. ὅσον γὰρ ἐνδέχεται δυνάμει εἶναι, καὶ ἐνεργείᾳ ἐνδέχεται τοσοῦτον εἶναι. ὥστε ἐπεὶ ἄπειρον οὐδέν ἐστι μέγεθος αἰσθητόν, οὐκ ἐνδέχεται παντὸς ὑπερβολὴν εἶναι ὡρισμένου μεγέθους· εἴη γὰρ ἄν τι τοῦ οὐρανοῦ μεῖζον.* ib. eod. *εὐλόγως δὲ καὶ τὸ ἐν μὲν τῷ ἀριθμῷ εἶναι ἐπὶ τὸ ἐλάχιστον πέρας, ἐπὶ δὲ τὸ πλεῖον ἀεὶ παντὸς ὑπερβάλλειν πλήθους, ἐπὶ δὲ τῶν μεγεθῶν τοὐναντίον ἐπὶ μὲν τὸ ἔλαττον παντὸς ὑπερβάλλειν μεγέθους, ἐπὶ δὲ τὸ μεῖζον μὴ εἶναι μέγεθος ἄπειρον. αἴτιον δ' ὅτι τὸ ἕν ἐστιν ἀδιαίρετον, ὅ τι περ ἂν ἓν ᾖ.... ὁ δ' ἀριθμός ἐστιν ἕνα πλείω καὶ ποσ' ἄττα· ὥστ' ἀνάγκη στῆναι ἐπὶ τὸ ἀδιαίρετον..... ἐπὶ δὲ τὸ πλεῖον ἀεὶ ἔστι νοῆσαι· ἄπειροι γὰρ αἱ διχοτομίαι τοῦ μεγέθους.* ib. eod. *τὸ ἄπειρον οὐ ταὐτὸν ἐν μεγέθει καὶ κινήσει καὶ χρόνῳ, ὡς μία τις φύσις, ἀλλὰ τὸ ὕστερον λέγεται κατὰ τὸ πρότερον, οἷον κίνησις μὲν ὅτι τὸ μέγεθος ἐφ' οὗ κινεῖται ἢ ἀλλοιοῦται ἢ αὐξάνεται, ὁ χρόνος δὲ διὰ τὴν κίνησιν.* cf. Met. XI, 10.

lum quartum restare censuit, ut locus sit extremum seu finis corporis continentis aequalis. Continetur vero id corpus, quod latione potest moveri. Neque vero ita spatium intelligendum est, ut sit vacuum sive inane, quod esse non posse multis demonstratur argumentis. Hinc mundum Aristoteli continuo impletum esse facilis est existimatio. Partes coeli i. e. mundi in spatio sunt, mundus ipse non item, nihil enim continens extra eum est. Coelum vero ipsum quatenus movetur suarum partium spatium est, nam in circulo unum alterum continet. Igitur superae modo partes circulo feruntur. Spatium denique non est mundus, sed aliquid mundi, extremus et immobilis finis, qui corpora tangit mobilia [7]).

Tempus quum nec sit motus, nec sine motu, aliquid motus esse oportet. Extensioni quum se applicet motus et tempus, alterum deinceps ab altero excipit *τὸ* prius et posterius, quod primum per se in extensione est. Quod ubi cogitamus diversum diverso interposito medio, et sic, ut ait Aristoteles, duo nunc effatur animus, unum anterius, alterum posterius, tum dicimus tempus esse. Constituitur igitur tempus tribus, per *τὸ* ante, per *τὸ* post perque unum eundemque utriusque medium finem, quem proprie vocamus nunc. Illud

---

7) Phys. IV, 4. *πρῶτον μὲν οὖν δεῖ κατανοῆσαι ὅτι οὐκ ἂν ἐζητεῖτο ὁ τόπος, εἰ μὴ κίνησίς τις ἦν ἡ κατὰ τόπον· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸν οὐρανὸν μάλιστ' οἰόμεθα ἐν τόπῳ, ὅτι ἀεὶ ἐν κινήσει.* ib. eod. *ἤδη τοίνον φανερὸν ἐκ τούτων τί ἐστι ὁ τόπος. σχεδὸν γὰρ τέτταρά ἐστιν ὧν ἀνάγκη τὸν τόπον ἕν τι εἶναι· ἢ γὰρ μορφὴ ἢ ὕλη ἢ διάστημά τι τὸ μεταξὺ τῶν ἐσχάτων, ἢ τὰ ἔσχατα, εἰ μή ἐστι μηδὲν διάστημα παρὰ τὸ τοῦ ἐγγινομένου σώματος μέγεθος. τούτων δ' ὅτι οὐκ ἐνδέχεται τὰ τρία εἶναι, φανερόν κ. τ. λ. εἰ τοίνυν μηδὲν τῶν τριῶν ὁ τόπος ἐστί, μήτε τὸ εἶδος, μήτε ἡ ὕλη, μήτε διάστημά τι ἀεὶ ὑπάρχον ἕτερον παρὰ τὸ τοῦ πράγματος τοῦ μεθισταμένου, ἀνάγκη τὸν τόπον εἶναι τὸ λοιπὸν τῶν τεσσάρων, τὸ πέρας τοῦ περιέχοντος σώματος. λέγω δὲ τὸ περιεχόμενον σῶμα τὸ κινητὸν κατὰ φοράν ...... ἔστι δ' ὥσπερ τὸ ἀγγεῖον τόπος μεταφορετός, οὕτω καὶ ὁ τόπος ἀγγεῖον ἀμετακίνητον ..... δοκεῖ ἐπίπεδόν τι εἶναι καὶ οἷον ἀγγεῖον ὁ τόπος καὶ περιέχον. ἔτι ἅμα τῷ πράγματι ὁ τόπος· ἅμα γὰρ τῷ πεπερασμένῳ τὰ πέρατα.* Phys. IV, 5. *ᾧ μὲν οὖν σώματι ἔστι τι ἐκτὸς σῶμα περιέχον αὐτό, τοῦτό ἐστιν ἐν τόπῳ. ᾧ δὲ μή, οὔ ...... ὁ δ' οὐρανὸς .., οὔ που ὅλος οὐδ' ἔν τινι τόπῳ ἐστίν, εἴγε μηδὲν αὐτὸν περιέχει σῶμα. ἐφ' ᾧ δὲ κινεῖται, ταύτῃ καὶ τόπος ἐστὶ τοῖς μορίοις· ἕτερον γὰρ ἑτέρου ἐχόμενον τῶν μορίων ἐστίν ..... τὰ γὰρ μόρια ἐν τόπῳ πως πάντα· ἐπὶ τῷ κύκλῳ γὰρ περιέχει ἄλλο ἄλλο. διὸ κινεῖται μὲν κύκλῳ τὸ ἄνω, τὸ δὲ πᾶν οὔ που ..... ἔστι δ' ὁ τόπος οὐχ ὁ οὐρανός, ἀλλὰ τοῦ οὐρανοῦ τι τὸ ἔσχατον καὶ ἁπτόμενον τοῦ κινητοῦ σώματος πέρας ἠρεμοῦν.* De vacuo disputatio continetur Phys. IV, 6—9.

nunc, quod proprie vocatur et per se, quatenus finis est praeteriti ac futuri temporis, nec praeteriti quidquam, nec futuri continet, unum idemque individuum est. Ne multa, absolutum nunc, quod per se vocatur, nec tempus est, nec propter id ipsum quidquam in eo movetur vel quiescit, nec pars temporis, nec metitur tempus. Ita tempus est numerus motus continui ratione habita *τῷ* prius et posterius. Quoniam autem numerus duobus modis dicitur, numerusque dicitur sive summa, quod numeratur et numerabile est, numerus abstractus, quo numeramus, tempus est id, quod numeratur [8]). Quum autem

[8]) Phys. IV, 10. *ἐπεὶ δὲ δοκεῖ μάλιστα κίνησις εἶναι καὶ μεταβολή τις ὁ χρόνος, τοῦτ᾽ ἂν εἴη σκεκτέον. ἡ μὲν οὖν ἑκάστου μεταβολὴ καὶ κίνησις ἐν αὐτῷ τῷ μεταβάλλοντι μόνον ἐστίν ..... ὁ δὲ χρόνος ὁμοίως καὶ πανταχοῦ καὶ παρὰ πᾶσιν. ἔτι δὲ μεταβολὴ μέν ἐστι πᾶσα θάττων καὶ βραδυτέρα, χρόνος δ᾽ οὐκ ἔστιν ..... ὅτι μὲν τοίνυν οὐκ ἔστι κίνησις, φανερόν.* cap. 11. *ἀλλὰ μὴν οὐδ᾽ ἄνευ γε μεταβολῆς· ὅταν γὰρ μηδὲν αὐτοὶ μεταβάλλωμεν τὴν διάνοιαν ἢ λάθωμεν μεταβάλλοντες, οὐ δοκεῖ ἡμῖν γεγονέναι χρόνος κ. τ. λ. ὥστε ἤτοι κίνησις ἢ τῆς κινήσεώς τι ἐστὶν ὁ χρόνος. ἐπεὶ οὖν οὐ κίνησις, ἀνάγκη τῆς κινήσεώς τι εἶναι αὐτόν ...... τὸ δὲ δὴ πρότερον καὶ ὕστερον ἐν τόπῳ πρῶτόν ἐστιν. ἐνταῦθα μὲν δὴ τῇ θέσει· ἐπεὶ δ᾽ ἐν τῷ μεγέθει ἐστὶ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, ἀνάγκη καὶ ἐν κινήσει εἶναι τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, ἀνάλογον τοῖς ἐκεῖ. ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν χρόνῳ ἐστὶ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον διὰ τὸ ἀκολουθεῖν ἀεὶ θατέρῳ θάτερον αὐτῶν ...... ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν χρόνον γε γνωρίζομεν, ὅταν ὁρίσωμεν τὴν κίνησιν, τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον ὁρίζοντες· καὶ τότε φαμὲν γεγονέναι χρόνον, ὅταν τοῦ προτέρου καὶ ὑστέρου ἐν τῇ κινήσει αἴσθησιν λάβωμεν. ὁρίζομεν δὲ τῷ ἄλλο καὶ ἄλλο ὑπολαβεῖν αὐτά, καὶ μεταξύ τι αὐτῶν ἕτερον· ὅταν γὰρ ἕτερα τὰ ἄκρα τοῦ μέσου νοήσωμεν, καὶ δύο εἴπῃ ἡ ψυχὴ τὰ νῦν, τὸ μὲν πρότερον τὸ δ᾽ ὕστερον, τότε καὶ τοῦτό φαμεν εἶναι χρόνον· τὸ γὰρ ὁριζόμενον τῷ νῦν χρόνος εἶναι δοκεῖ· καὶ ὑποκείσθω. ὅταν μὲν οὖν ὡς ἓν τὸ νῦν αἰσθανώμεθα, καὶ μὴ ἤτοι ὡς πρότερον καὶ ὕστερον ἐν τῇ κινήσει ἢ ὡς τὸ αὐτὸ μὲν προτέρου δὲ καὶ ὑστέρου τινός, οὐ δοκεῖ χρόνος γεγονέναι οὐθείς, ὅτι οὐδὲ κίνησις. ὅταν δὲ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον, τότε λέγομεν χρόνον· τοῦτο γάρ ἐστι ὁ χρόνος, ἀριθμὸς κινήσεως κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον. οὐκ ἄρα κίνησις ὁ χρόνος ἀλλ᾽ ᾗ ἀριθμὸν ἔχει ἡ κίνησις. σημεῖον δέ· τὸ μὲν γὰρ πλεῖον καὶ ἔλαττον κρίνομεν ἀριθμῷ, κίνησιν δὲ πλείω καὶ ἐλάττω χρόνῳ· ἀριθμὸς ἄρα τις ὁ χρόνος. ἐπεὶ δ᾽ ἀριθμός ἐστι διχῶς (καὶ γὰρ τὸ ἀριθμούμενον καὶ τὸ ἀριθμητὸν ἀριθμὸν λέγομεν, καὶ ᾧ ἀριθμοῦμεν), ὁ δὲ χρόνος ἐστὶ τὸ ἀριθμούμενον καὶ οὐχ ᾧ ἀριθμοῦμεν..... καὶ ὥσπερ ἡ κίνησις ἀεὶ ἄλλη καὶ ἄλλη, καὶ ὁ χρόνος. ὁ δ᾽ ἅμα πᾶς χρόνος ὁ αὐτός· τὸ γὰρ νῦν τὸ αὐτὸ ὅ ποτ᾽ ἦν· τὸ δ᾽ εἶναι αὐτῷ ἕτερον. τὸ δὲ νῦν τὸν χρόνον μετρεῖ, ᾗ προτερον καὶ ὕστερον.* ibid. eod. *χρόνος μὲν γὰρ ὁ τῆς φορᾶς ἀριθμός, τὸ νῦν δὲ ὡς τὸ φερόμενον οἷον μόνας ἀριθμοῦ.* ib. eod. *ἔτι φανερόν, ὅτι οὐδὲ μόριον τὸ νῦν τοῦ χρόνου ..... ᾗ μὲν οὖν πέρας τὸ νῦν, οὐ χρόνος.* Phys. IV, 3. *ἀνάγκη δὲ καὶ*

motus semper alius sit, etiam tempus. Omne vero quod simul est tempus, idem est. Relativum illud nunc, quod vocatur *καθ' ἕτερον* et complectitur *τὸ* ante et *τὸ* post et utriusque medium terminum, metitur tempus. Est ergo unitas temporalis vel elementum. Itaque metitur tempus motum, et motus tempus ita tamen, ut aequalis motus circularis, quatenus est primus, prima sit mensura, quippe cujus numerus sit vulgo notissimus.

2.

De universa continuitate.

Primum Aristoteles earum notionum definitiones exhibet, quae aut faciunt ad explicandum continuum, aut ab eo discernendae sunt. ***Loco simul,*** inquit, dicuntur esse ea, quae in uno primo sive aequali loco sunt, ***tangere*** se ea, quorum extrema sunt simul.* ***Intermedium*** est id, ad quod prius pervenire debet id, quod natura continuo mutatur, quam ad id, in quod ultimum mutatur. Ultimum autem mutationis est oppositum, et quod recta plurimum distat, id in spatio oppositum est. Ita ad minimum tria ad intermedium requiruntur. ***Deinceps*** id est, quod situ aut natura aut alio modo definitum principium sic excipit, ut ejusdem generis nihil sit interpositum, v. c. linea lineam, domus domum, unitas unitatem. Alius vero generis aliquid licet sit interpositum. ***Adhaeret*** id, quod deinceps se tangit. ***Continuum*** est, quod haerens. Dicit autem ea esse continua, quorum ex extremis, quibus se tangunt, unum idemque factum est, quaeque, ut notatio vocis ostendit, continentur. Extremis igitur non jam diversis, ubi unum tactu, sed non per tactum factum est, in eo continuum positum est. Itaque discretum a continuo ita discernit, ut con-

---

τὸ νῦν τὸ μὴ καθ' ἕτερον ἀλλὰ καθ' αὑτὸ καὶ πρῶτον λεγόμενον ἀδιαίρετον εἶναι .... ἔστι γὰρ ἔσχατόν τι τοῦ γεγονότος, οὗ ἐπὶ τάδε οὐθὲν ἔστι μέλλοντος καὶ πάλιν τοῦ μέλλοντος, οὗ ἐπὶ τάδε οὐθέν ἐστι τοῦ γεγονότος· ὃ δὴ ἔφαμεν ἀμφοῖν εἶναι πέρας. ib. eod. *ὅτι δ' οὐδὲν ἐν τῷ νῦν κινεῖται, ἐκ τῶνδε φανερόν ἐστι κ. τ. λ.* ib. eod. *ἀλλὰ μὴν οὐ δ' ἠρεμεῖν (ἔστιν ἐν τῷ νῦν).* Phys. IV, 14. *μετρεῖται .... ὅ τε χρόνος κινήσει καὶ ἡ κίνησις χρόνῳ. τοῦτο δ' ἐστίν, ὅτι ὑπὸ τῆς ὡρισμένης κινήσεως χρόνῳ μετρεῖται τῆς τε κινήσεως τὸ ποσὸν καὶ τοῦ χρόνου. εἰ οὖν τὸ πρῶτον μέτρον πάντων τῶν συγγενῶν, ἡ κυκλοφορία ἡ ὁμαλὴς μέτρον μάλιστα, ὅτι ὁ ἀριθμὸς ὁ ταύτης γνωριμώτατος.*

tinui partium sit unus et communis terminus, quo conjunguntur lineae puncto, superficies linea, corpus linea vel superficie, praeteritum et futurum tempus praesente momento, spatium eodem modo ut corpus. Non item unus et communis quo conjungantur terminus in discretis est. Itaque quae specie distinguuntur, non possunt inter se continuari [1]).

---

[1]) Phys. V, 3. *ἅμα μὲν οὖν λέγεται ταῦτ᾽ εἶναι κατὰ τόπον, ὅσα ἐν ἑνὶ τόπῳ ἐστὶ πρώτῳ, χωρὶς δὲ ὅσα ἐν ἑτέρῳ, ἅπτεσθαι δὲ ὧν τὰ ἄκρα ἅμα, μεταξὺ δὲ εἰς ὃ πέφυκε πρῶτον ἀφικνεῖσθαι τὸ μεταβάλλον, ἢ εἰς ὃ ἔσχατον μεταβάλλει κατὰ φύσιν συνεχῶς μεταβάλλον. ἐν ἐλαχίστοις δ᾽ ἐστὶ τὸ μεταξὺ τρισίν· ἔσχατον μὲν γάρ ἐστι τῆς μεταβολῆς τὸ ἐναντίον.... ἐναντίον δὲ κατὰ τόπον τὸ κατ᾽ εὐθεῖαν ἀπέχον πλεῖστον.... ἐφεξῆς δὲ οὗ μετὰ τὴν ἀρχὴν μόνον ὄντος ἢ θέσει ἢ φύσει ἢ ἄλλῳ τινὶ οὕτως ἀφορισθέντος μηδὲν μεταξύ ἐστι τῶν ἐν ταὐτῷ γένει καὶ οὗ ἐφεξῆς ἐστίν. λέγω δ᾽ οἷον γραμμὴ γραμμῆς ἢ γραμμαί, ἢ μονάδος μονὰς ἢ μονάδες, ἢ οἰκίας οἰκία. ἄλλο δ᾽ οὐδὲν κωλύει μεταξὺ εἶναι..... ἐχόμενον δὲ ὃ ἂν ἐφεξῆς ὂν ἅπτηται..... τὸ δὲ συνεχὲς ἔστι μὲν ὅπερ ἐχόμενόν τι· λέγω δ᾽ εἶναι συνεχές, ὅταν ταὐτὸ γένηται καὶ ἓν τὸ ἑκατέρου πέρας, οἷς ἅπτονται, καὶ ὥσπερ σημαίνει τοὔνομα, συνέχηται. τοῦτο δ᾽ οὐχ οἷόντε δυοῖν ὄντοιν εἶναι τοῖν ἐσχάτοιν. τούτου δὲ διωρισμένου φανερὸν ὅτι ἐν τούτοις ἐστὶ τὸ συνεχές, ἐξ ὧν ἕν τι πέφυκε γίνεσθαι κατὰ τὴν σύναψιν· καὶ ὥς ποτε γίνεται τὸ συνέχον ἕν, οὕτω καὶ τὸ ὅλον ἔσται ἕν, οἷον ἢ γόμφῳ ἢ κόλλῃ ἢ ἁφῇ ἢ προσφύσει.* Kat. 6. *Τοῦ δὲ ποσοῦ τὸ μέν ἐστι διωρισμένον, τὸ δὲ συνεχές.... ἔστι δὲ διωρισμένον μὲν οἷον ἀριθμὸς καὶ λόγος, συνεχὲς δὲ οἷον γραμμή, ἐπιφάνεια, σῶμα, ἔτι δὲ παρὰ ταῦτα χρόνος καὶ τόπος. τῶν μὲν γὰρ τοῦ ἀριθμοῦ μορίων οὐδείς ἐστι κοινὸς ὅρος, πρὸς ὃν συνάπτει τὰ μόρια αὐτοῦ..... ἡ δὲ γραμμὴ συνεχής ἐστιν· ἔστι γὰρ λαβεῖν κοινὸν ὅρον πρὸς ὃν τὰ μόρια αὐτῆς συνάπτει, στιγμήν, καὶ τῆς ἐπιφανείας γραμμήν· τὰ γὰρ τοῦ ἐπιπέδου μόρια πρός τινα κοινὸν ὅρον συνάπτει. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος ἔχοις ἂν λαβεῖν κοινὸν ὅρον, γραμμὴν ἢ ἐπιφάνειαν, πρὸς ἃ τὰ τοῦ σώματος μόρια συνάπτει. ἔστι δὲ καὶ ὁ χρόνος καὶ ὁ τόπος τῶν τοιούτων· ὁ γὰρ νῦν χρόνος συνάπτει πρὸς τὸν παρεληλυθότα καὶ τὸν μέλλοντα. πάλιν ὁ τόπος τῶν συνεχῶν ἐστι· τόπον γάρ τινα τὰ τοῦ σώματος μόρια κατέχει, ἃ πρός τινα κοινὸν ὅρον συνάπτει· οὐκοῦν καὶ τὰ τοῦ τόπου μόρια, ἃ κατέχει ἕκαστον τῶν τοῦ σώματος μορίων, πρὸς τὸν αὐτὸν ὅρον συνάπτει πρὸς ὃν καὶ τὰ τοῦ σώματος μόρια. ὥστε συνεχὴς ἂν εἴη καὶ ὁ τόπος· πρὸς γὰρ ἕνα κοινὸν ὅρον αὐτοῦ τὰ μόρια συνάπτει.* cf. Met. XI, 12. Phys. V, 4. *οὐ γὰρ πᾶσα (κίνησις) γένοιτ᾽ ἂν συνεχὴς πάσῃ, ὥσπερ οὐδ᾽ ἄλλο οὐδὲν τῷ τυχόντι τὸ τυχόν, ἀλλ᾽ ὅσων ἓν τὰ ἔσχατα. ἔσχατα δὲ τῶν μὲν οὐκ ἔστι, τῶν δ᾽ ἐστὶν ἄλλα τῷ εἴδει καὶ ὁμώνυμα· πῶς γὰρ ἂν ἅψαιτο ἢ ἓν γένοιτο τὸ ἔσχατον γραμμῆς καὶ βαδίσεως; ἐχόμεναι μὲν οὖν εἶεν ἂν καὶ αἱ μὴ αὐταὶ τῷ εἴδει μηδὲ τῷ γένει· δραμὼν γὰρ ἄν τις πυρέξειεν εὐθύς, καὶ οἷον ἡ λαμπὰς ἐκ διαδοχῆς φορὰ ἐχομένη, συνεχὴς δ᾽ οὔ. κεῖται γὰρ τὸ συνεχές, ὧν τὰ ἔσχατα ἕν. ὥστ᾽ ἐχόμενα καὶ ἐφεξῆς εἰσὶ τῷ τὸν χρόνον εἶναι συνεχῆ, συνεχὲς δὲ τῷ τὰς κινήσεις· τοῦτο δ᾽ ὅταν ἓν τὸ ἔσχατον γίνεται ἀμφοῖν. διὸ ἀνάγκη τὴν αὐτὴν εἶναι τῷ εἴδει καὶ ἑνὸς καὶ ἐν ἑνὶ χρόνῳ τὴν ἁπλῶς συνεχῆ κίνησιν καὶ μίαν.* cf. Brand. Scholl. p. 402. a.

Priusquam ad cetera accedamus, in his definitionibus examinandis paullulum subsistamus. Quod continuum idem atque haerens dicitur, jam suspicionem movet non arcuratam fore a contiguitate distinctionem. Dico autem *ἁφήν* sive *ἅπτεσθαι* contiguitatem. Ac revera continuitas in contiguitate finium ponitur ita tamen, ut fines non jam discernantur, sed unum fiant et contineantur, i. e. continui sint. At adjecta est unionis nota. Quasi vero contigui *πέρατα* i. e. fines, qui necessario sunt simul, discerni possent et non in unum coinciderent. Ergo continuum habemus aequale contiguo, vel quod idem solum contiguum. Contigui enim *ἄκρα*, quae interpretamur *πέρατα*, sunt simul. Itane? Simul est in uno aequali loco, unus autem hic locus est auctore Aristotele, Alexandro adstipulante continuus [2]). Ergo a contiguo, quod solum restare videbatur, rursus delati sumus ad continuum. Rediit praeterea disputatio feliciter, unde egressa est. Hic circulus hic illic amplior evasit motu tanquam novo articulo adscito [3]). Neque quidquam proficit Alexander [4]) distinctione adhibita, extrema et partes esse eorum, quorum extrema sint, et fines; simul esse et continuum et adaptatum. Quoniam ne inter adaptata quidem quidquam statuitur esse medium, fines necessario coincidunt. Partes vero corporeae eodem in loco esse non possunt. Sed

---

[2]) Phys. I, 2. *λέγεται δ' ἓν ᾗ τὸ συνεχὲς κ. τ. λ.* Met. V, 6. *τῶν δὲ καθ' ἑαυτὰ ἓν λεγομένων τὰ μὲν λέγεται τῷ συνεχῆ εἶναι κ. τ. λ.* cf. Met. X, 1. Simplic. ad Phys. f. 203. b. *τίς ὁ εἷς τόπος .... διακριτέον. εἷς μὲν οὖν ἐστίν, ὥς φησιν Ἀλέξανδρος, ὁ μὴ διῃρημένος ἀλλὰ συνεχής, τῷ καὶ αὐτὰ ἅμα λεγόμενα ἐν τόπῳ συνεχῆ ἀλλήλοις εἶναι, ὡς τὰ τοῦ συνεχοῦς μέρη.*

[3]) Met. V, 6. *συνεχὲς δὲ λέγεται, οὗ κίνησις μία καθ' αὑτὸ καὶ μὴ οἷόντε ἄλλως.* cf. Met. X, 1. Unum vero motum esse continuum copiose explicatur Phys. V, 4.

[4]) Simplic. f. 204. *ζητεῖ μὲν ἐν τούτοις καλῶς ὁ Ἀλέξανδρος, ἐπειδὴ διχῶς τὰ ἄκρα λέγεται, τὰ μὲν ὡς μέρη τῶν ὧν ἐστὶν ἄκρα, τὰ δὲ ὡς πέρατα, ποῖα τῶν ἄρα ἁπτομένων εἶναι ἅμα φησίν ... δύναται δέ, φησί, τὰ ἅμα νῦν ἀντὶ τοῦ ἐφαρμόζειν λέγειν· τὰ γὰρ ἐφαρμόζοντα ἀλλήλοις καὶ ἅμα· ἅπτεται οὖν ταῦτα ἀλλήλων, ὧν τὰ πέρατα ἐφαρμόζει ἀλλήλοις, καὶ οὕτως ἐστὶν ἅμα· τὸ γὰρ πρότερον εἰρημένον ἅμα οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς προσέθηκε κατὰ τόπον. καὶ εἴη ἄν, φησί, τοῦτο ἄλλο σημαινόμενον τοῦ ἅμα. ἐν δὴ τούτοις ἀπορεῖ δικαίως ὁ Ἀλέξανδρος, τὴν τοῦ ἅμα ἐξήγησιν ἑαυτοῦ φυλάττων, καθ' ἣν ἔλεγε τὰ ἅμα συνεχῆ εἶναι, πῶς τῶν ἁπτομένων ἅμα τὰ πέρατα ἔσται; καὶ ἀναγκάζεται ἄλλο τοῦ ἅμα σημαινόμενον εἰσάγειν, τὸ ἐφαρμόζον· ἔστι δὲ οὐκ ἄλλο, ἀλλὰ ἄλλων.*

juvat locum ex Metaphysicis [5]) laudatum accuratius exquirere, quo, quibus angustiis pressus sit Aristoteles, luculentius appareat. Sola contiguitate plura unum, quod cohaereat, fieri non posse experientia edoctus, si e nostris physicis fuisset, statim vim cohaesionis ponere non dubitasset. Sed Aristoteles ante aliam ingreditur viam praeunte experientia, vinculo nimirum, glutine, clavo duo in unum copulans. At, dixerit fortasse quispiam invidiose, ponamus duo ligna ita, ut se tangant; non fiunt unum nisi glutine. Sed utrinque in fine glutinis hinc est gluten, illinc lignum, nec in finibus vere unum factum est, quod discerni non queat, aequabile, ita ut utrinque denuo gluten interponere coactus sim, et sic porro in infinitum. Utut hoc est, primo jam glutine ligna cohaerent, et haec est continuitas artificialis, natura vero glutine naturalis efficitur continuitas. Continuum sane non per tactum unum fit, quamtumvis partes continui in spatio aliter poni non possint quam contiguae. Quoniam autem, quod natura cohaeret, magis unum est, quam quod arte, discernas illas continuitatis species. Quo referenda est etiam Eudemi continuitatis a coalitione distinctio et minor curvae continuitas, quam rectae. Etenim recta magis unum, quam curva. Ceterum etiam mens continuitatem efficere dicitur.

Jam pergamus ad logicam subordinationem notionum. Atque Aristoteles quidem deinceps, contiguum, continuum quo ordine hic positae sunt, eo subordinat, indeque natura quoque continuum ultimum esse concludit [6]). Eude-

---

5) **Met. V, 6.** *τῶν δὲ καθ' ἑαυτὰ ἓν λεγομένων τὰ μὲν λέγεται τῷ συνεχῆ εἶναι, οἷον φάκελλος δέσμῳ καὶ ξύλα κόλλῃ, καὶ γράμμη κἂν κεκαμμένη ᾖ, συνεχὴς δέ, μία λέγεται, ὥσπερ καὶ τῶν μερῶν ἕκαστον, οἷον σκέλος καὶ βραχίων. αὐτῶν δὲ τούτων μᾶλλον ἓν τὰ φύσει συνεχῆ ἢ τέχνῃ. συνεχὲς δὲ λέγεται, οὗ κίνησις μία καθ' αὑτὸ καὶ μὴ οἷόν τε ἄλλως· μία δ' οὗ ἀδιαίρετος, ἀδιαίρετος δὲ κατὰ χρόνον. καθ' αὑτὰ δὲ συνεχῆ ὅσα μὴ ἁφῇ ἕν. εἰ γὰρ θείης ἁπτόμενα ἀλλήλων ξύλα, οὐ φήσεις ταῦτα εἶναι ἕν, οὔτε ξύλον, οὔτε σῶμα οὔτ' ἄλλο συνεχὲς οὐθέν. τά τε δὴ ὅλως συνεχῆ ἓν λέγεται, κἂν ἔχῃ κάμψιν, καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ μὴ ἔχοντα κάμψιν οἷον κνήμη ἢ μηρὸς σκέλους, ὅτι ἐνδέχεται μὴ μίαν εἶναι τὴν κίνησιν τοῦ σκέλους. καὶ ἡ εὐθεῖα τῆς κεκαμμένης μᾶλλον ἕν. τὴν δὲ κεκαμμένην καὶ ἔχουσαν γωνίαν καὶ μίαν καὶ οὐ μίαν λέγομεν, ὅτι ἐνδέχεται καὶ μὴ ἅμα τὴν κίνεσιν αὐτῆς εἶναι καὶ ἅμα· τῆς δ' εὐθείας ἀεὶ ἅμα, καὶ οὐθὲν μόριον ἔχον μέγεθος τὸ μὲν ἠρεμεῖ τὸ δὲ κινεῖται, ὥσπερ τῆς κεκαμμένης.* **cf. Met. X, 1. Met. XIII, 2.** *ἔτι τίνι καὶ πότ' ἔσται ἓν τὰ μαθηματικὰ μεγέθη; τὰ μὲν γὰρ ἐνταῦθα ψυχῇ ἢ μέρει ψυχῆς ἢ ἄλλῳ τινὶ εὐλόγῳ.* **cf. de Anim. III, 6. Met. VIII, 6.**

6) **Phys. V, 3.** *φανερὸν δὲ καὶ ὅτι πρῶτον τὸ ἐφεξῆς ἐστιν· τὸ μὲν γὰρ ἁπτόμενον*

mus vero coalitum primum notione ponit, tum continuum, haerens, deinceps, natura autem item coalitio ultima est [7]. De nonnullis autem harum notionum mera hoc loco logica disputatio est, nonnullas e motu quasi deducit. Quod autem continuum non e motu deduxerit, id in causa est, quod motus non primus est, in quo posita est continuitas. Potius id quod movetur vel extensio corporea prima et quasi palpabilis est continuitas. Inde cadit in locum vel spatium [8], in motum, a motu in tempus.

De continuitate loci separatim, quantum scio, nihil expositum, ita ut locum vel spatium idem atque extensionem apud Aristotelem esse fortasse putaveris, praesertim quum extent ni fallor loci, ubi vere promiscue dicta sunt [9]. Sed tamen omnino non ita esse statim hic brevi adnotamus. Quin et in vocibus *μέγεθος*, *σῶμα*, posita est materiae significatio. Atque ex Aristotelis ratione res mathematicae a sensibilibus non per se separatae, sed modo per accidens ad expediendam magnitudinum disciplinam, decernunt de sensibilibus, non quatenus sensibilia sunt, sed quatenus magnitudines [10]. Ita quae de extensionis continuitate disputata sunt, de materiae corporeae con-

---

ἐφεξῆς ἀνάγκη εἶναι, τὸ δ' ἐφεξῆς οὐ πᾶν ἅπτεσθαι· διὸ καὶ ἐν προτέροις τῷ λόγῳ τὸ ἐφεξῆς ἐστιν, οἷον ἐν ἀριθμοῖς, ἁφὴ δ' οὐκ ἔστιν. καὶ εἰ μὲν συνεχές, ἀνάγκη ἅπτεσθαι, εἰ δ' ἅπτεται, οὔπω συνεχές, οὐ γὰρ ἀνάγκη ἓν εἶναι αὐτῶν τὰ ἄκρα, εἰ ἅμα εἶεν· ἀλλ' εἰ ἕν, ἀνάγκη καὶ ἅμα. ὥστε ἡ σύμφυσις ὑστάτη κατὰ τὴν γένεσιν· ἀνάγκη γὰρ ἅψασθαι, εἰ συμφύσεται τὰ ἄκρα· τὰ δὲ ἁπτόμενα οὐ πάντα συμπέφυκεν· ἐν οἷς δὲ μή ἐστιν ἁφή, δῆλον ὅτι οὐκ ἔστιν οὐδὲ σύμφυσις ἐν τούτοις.

7) Simpl. f. 206. *ὁ μέντοι Εὔδημος τὸ συμφυὲς τοῦ συνεχοῦς μᾶλλον θεασάμενος ἡνωμένον, καὶ ἴδιον τῶν φυσικῶν αὐτὸ εἰπών, τοῦτο, φησί, κατὰ τὸν λόγον πρῶτόν ἐστι καὶ ἀρχή· τούτῳ γὰρ ἕπεται τὸ συνεχὲς καὶ ἐχόμενόν τε καὶ ἐφεξῆς· κατὰ δὲ τὴν γένεσιν, φησί, τελευταῖον τὸ συμφυές. δῆλον δὲ ὅτι τῷ λόγῳ τοῦτο πρῶτον εἶπεν ὡς ἐξ ἐκείνων συνεστώς.*

8) Kat. 6. v. s.

9) Phys. IV, 11. *τὸ πρότερον καὶ ὕστερον ἐν τόπῳ πρῶτόν ἐστιν . . . . ἐπεὶ δ' ἐν τῷ μεγέθει ἐστὶ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, ἀνάγκη καὶ ἐν κινήσει εἶναι.*

10) Met. XIII, 1. 2. 3. cap. 3. *ὥσπερ γὰρ καὶ τὰ καθόλου ἐν τοῖς μαθήμασιν οὐ περὶ κεχωρισμένων ἐστὶ παρὰ τὰ μεγέθη καὶ τοὺς ἀριθμούς, ἀλλὰ περὶ τούτων μέν, οὐχ ᾗ δὲ τοιαῦτα οἷα ἔχειν μέγεθος ἢ εἶναι διαιρετά, δῆλον ὅτι ἐνδέχεται καὶ περὶ τῶν αἰσθητῶν μεγέθων εἶναι καὶ λόγους καὶ ἀποδείξεις, μὴ ᾗ δὲ αἰσθητά, ἀλλ' ᾗ τοιαδὶ κ. τ. λ.* cf. de Coelo III, 1.

tinuitate intelligenda sunt. Hinc motus continuitas posita est in continuitate ejus, quod movetur, neque quidquam, quod non est continuum, per se continuo movetur. Dicit autem Aristoteles eum continuum motum, qui nihil vel minimum modo rei, in qua est motus, praeterit. Ad extensionem enim se applicat motus, ad hunc tempus. Tempus et continuum et dividuum est per absolutum nunc [11]. Sed quum tempus numerus motuum sit, numeri vero discreti [12], quae inde sequitur difficultas sic enodatur. Binarius vel singularis numerus per se quidem, i. e. quatenus numerus est, minimus est, sed non quatenus extensio est. Sic v. c. lineae minimus numerus est singularis multitudine, at non extensione. Infinite enim dividua unaquaeque linea. Idem de tempore valet, ita ut minimum multitudine, quatenus est extensio, non sit individuum. Itaque vocatur etiam tempus, quatenus continuum est, longum et breve, sicut linea, quatenus vero numerus est, parvum et multum [13].

De reliquorum motuum continuitate separatim Aristoteles nec disseruit, nec ipse sibi constat. Sic v. c. absolutam alterationis continuitatem hic illic addubitat [14]. Contra generationem et corruptionem dicit continuam,

---

11) Phys. IV, 11. *ἐπεὶ τὸ κινούμενον κινεῖται ἔκ τινος εἴς τι, καὶ πᾶν μέγεθος συνεχές, ἀκολουθεῖ τῷ μεγέθει ἡ κίνησις. διὰ γὰρ τὸ τὸ μέγεθος εἶναι συνεχὲς, καὶ ἡ κίνησίς ἐστι συνεχής, διὰ δὲ τὴν κίνησιν ὁ χρόνος. ὅση γὰρ ἡ κίνησις, τοσοῦτος καὶ ὁ χρόνος ἀεὶ δοκεῖ γεγονέναι.* Phys. VI, 4. *ἡ γὰρ συνεχὴς κίνησίς ἐστι συνεχῶν τινῶν.* Phys. V, 3. *συνεχῶς δὲ κινεῖται τὸ μηθὲν ἢ τὸ ὀλίγιστον διαλεῖπον τοῦ πράγματος, μὴ τοῦ χρόνου (οὐδὲν γὰρ κωλύει διαλείποντα, καὶ εὐθὺς δὲ μετὰ τὴν ὑπάτην φθέγξασθαι τὴν νεάτην) ἀλλὰ τοῦ πράγματος, ἐν ᾧ κινεῖται.* cf. Phys. V, 4. VIII, 6. Phys. IV, 11. *καὶ συνεχής τε δὴ ὁ χρόνος τῷ νῦν, καὶ διῄρηται κατὰ τὸ νῦν· ἀκολουθεῖ γὰρ καὶ τοῦτο τῇ φορᾷ καὶ τῷ φερομένῳ κ.τ.λ.* cf. Phys. IV, 12. Phys. IV, 13. *τὸ δὲ νῦν ἐστὶ συνέχεια χρόνου κ. τ. λ.*

12) Phys. V, 3. *ταῖς δὲ μόνασι τὸ ἐφεξῆς (ὑπάρχει).* cf. Kat. 6.

13) Phys. IV, 12. *ἐλάχιστος δὲ ἀριθμὸς ὁ μὲν ἁπλῶς ἐστίν, ἡ δυάς. τὶς δ' ἀριθμὸς ἔστι μὲν ὡς ἔστιν, ἔστι δὲ ὡς οὐκ ἔστιν, οἷον γραμμῆς ἐλάχιστος πλήθει μέν ἐστιν αἱ δύο ἢ ἡ μία, μεγέθει δ' οὐκ ἔστιν ἐλάχιστος· ἀεὶ γὰρ διαιρεῖται πᾶσα γραμμή. ὥσθ' ὁμοίως καὶ ὁ χρόνος· ἐλάχιστος γὰρ κατὰ μὲν ἀριθμόν ἐστιν ὁ εἷς ἢ οἱ δύο, κατὰ μέγεθος δ' οὐκ ἔστιν. φανερὸν δὲ καὶ ὅτι ταχὺς μὲν καὶ βραδὺς οὐ λέγεται, πολὺς δὲ καὶ ὀλίγος καὶ μακρὸς καὶ βραχύς. ᾗ μὲν γὰρ συνεχής, μακρὸς καὶ βραχύς, ᾗ δ' ἀριθμός, πολὺς καὶ ὀλίγος.*

14) Phys. VI, 4. *ἐπεὶ δὲ πᾶν τὸ κινούμενον ἔν τινι κινεῖται καὶ χρόνον τινά, καὶ παντός ἐστι κίνησις, ἀνάγκη τὰς αὐτὰς εἶναι διαιρέσεις τοῦ τε χρόνου καὶ τῆς κινήσεως καὶ*

quas easdem refert etiam ad motus [15]. Omnino enim latio prima mutationum est [16].

3.

De extensionis continuitate.

His in universum de continuo expositis redeundum cum Aristotele est ad extensionem ejusque continuitatem demonstrandam. Repetitis igitur continui, contigui, ipsius deinceps definitionibus, ita ut *τοῖς ἄκροις* substituta sint *τὰ ἔσχατα*, omnem lineam esse continuam ad probandum proponi exspectamus. Sed mutata subito praeter opinionem ratione, omnem continuam lineam constare ex dividuis lineis, non ex individuis sive punctis sive lineis efficere studet Aristoteles. Puncta enim nec continua, nec contigua, nec deinceps posita lineam continuam efficiunt. Puncta ut partibus vacant, ita ultimis. Itaque ultima nec unum, nec simul esse possunt. Quo cum refutata videantur duo priora, retractat alterum, nova totius notione adhibita. Quodcunque contiguum est, id totum totum, aut pars partem, aut totum partem tangit. Puncta partibus carentia tota tota se tangant necesse est. Quod vero totum totum se tangit, id non est continuum. Continuum enim conficitur ex aliis semper et aliis partibus loco diremtis, ne multa, continuum est infinite dividuum. Praeterea si tota ejusmodi sunt, ut non habeant partes, sicut punctum vel indi-

---

τοῦ κινεῖσθαι καὶ τοῦ κινουμένου καὶ ἐν ᾧ ἡ κίνησις. πλὴν οὐ πάντων ὁμοίως, ἐν οἷς ἡ κίνησις, ἀλλὰ τοῦ μὲν ποσοῦ καθ' αὑτό, τοῦ δὲ ποιοῦ κατὰ συμβεβηκός. cf. cap. ej. fin. Phys. VI, 5. *τρία γάρ ἐστιν ἃ λέγεται κατὰ τὴν μεταβολήν, τό τε μεταβάλλον καὶ ἐν ᾧ καὶ εἰς ὃ μεταβάλλει, οἷον ὁ ἄνθρωπος καὶ ὁ χρόνος καὶ τὸ λευκόν· ὁ μὲν οὖν ἄνθρωπος καὶ ὁ χρόνος διαιρετοί, περὶ δὲ τοῦ λευκοῦ ἄλλος λόγος. πλὴν κατὰ συμβεβηκός γε πάντα διαιρετά· ᾧ γὰρ συμβέβηκε τὸ λευκὸν ἢ τὸ ποιόν, ἐκεῖνο διαιρετόν ἐστιν.*

[15]) de Gen. et Corr. II, 10. *ἔτι δὲ ἐπεὶ ἡ κατὰ τὴν φορὰν κίνησις δέδεικται ὅτι ἀΐδιος, ἀνάγκη τούτων ὄντων καὶ γένεσιν εἶναι συνεχῶς· ἡ γὰρ φορὰ ποιήσει τὴν γένεσιν ἐνδελεχῶς διὰ τὸ προσάγειν καὶ ἀπάγειν τὸ γεννητικόν.* Kat. 14. *κινήσεως δὲ εἴδη ἕξ, γένεσις, φθορά, αὔξησις, μείωσις, ἀλλοίωσις, ἡ κατὰ τόπον μεταβολή.* cf. Phys. III, 1. Sed memento Phys. IV, 10. *μηδὲν δὲ διαφερέτω λέγειν ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι κίνησιν ἢ μεταβολήν.* cf. Met. XII, 2. init. 6.

[16]) Phys. VIII, 7.

vidua linea, ea apposita non majus totum efficiunt, sed coincidunt, ita ut ex punctis quantumvis multis compositis punctum modo procreetur. Nam ne deinceps quidem puncta esse possunt, quoniam inter puncta semper lineam esse diserte docet Aristoteles. Quemadmodum autem continuum non constat ex punctis, ita in ea dividi non potest. Nam ex quibus quid constat, in ea dividitur, at non constare ex individuis continuum modo demonstratum est. Atque sic in fine demonstrationis redit Aristoteles ad illam unitatem finium continui, ex qua infinitatem divisionis utcunque elicuit [1]). Inde ab hoc au-

---

